[21] Kurzivou vyznačeno: Iohannes Wiclef. Nisi habundaverit. In *Iohannis Wyclif Sermones*. Vol. I. Ed. I. Loserth. London: Trübner & co., 1887, XXXVIII, s. 253.

praesentis coram populo saniem criminis extergere et vulneratum cor verbo Dei tangere, et sic charitativam infundere medicinam. Unde coram populo se clerus impudice crimine vulnerat, vulnus portat publice, sed medicinam purgativam criminis respuit quasi phreneticus et vaesanu. O clerice, non sic, sed cor durum mollifica, caesuram patere medici, verbis sanantis medicamentum recipe et charitatis infundetur oleum et tunc diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et in tota mente tua praestante Iesu Christo, Domino Deo aeterno, homine nato ex virgine in saeculorum saecula benedicto, Amen.

(Iohannes Hus. Diliges Dominum Deum. In *Ioannis Hus et Hieronymi Pragensis, confessorum Christi Historia et monumenta II*. Ed. M. Flacius Illyricus. Norimbergae: Officina Ioannis Montani & Ulrici Neuberi, 1558, fol. 27v–31v.)

## Slovní zásoba

**defectuosus, a, um** – nedokonalý

**pollutus, a, um** – poskvrněný

**propono, ere, posui, positum** – vykládat

**spiritus, us, m.** – duch; **Spiritus sanctus** – Duch svatý

**gratia, ae, f.** – milost

**fidelis, e** – věrný

**gratuitus, a, um** – nezasloužený; něco, za co se neočekává  
odměna

**peccator, is, m.** – hříšník

**vivifico, are, avi, atum** – oživovat

**undiquaque** – ze všech stran, tj. ve všem

**apostato, are, avi, atum** – odpadnout

**austerus, a, um** – krutý

**Antichristus, i, m.** – Antikrist, tedy opak a nepřítel Krista  
i křesťanské církve

**Lucifer, feri, m.** – zde: padlý anděl, který běduje nad ztrátou  
své slávy;<sup>[22]</sup> odvozeno z lux + fero, pův. tedy doslova  
Světlonoš; pův. označení pro planetu Venuši

**crucifigo, ere, fixi, fixum** – ukřižovat

**successio, onis, f.** – sled, posloupnost, rodokmen

**apostolus, i, m.** – apoštol

**primaevitas, atis, f.** – první doba

**clerus, i, m.** – duchovenstvo, klér

**cauteriso = cauterizo, are** – vypálit znamení horkým železem

**attingo, ere, tigi, tactum** – dotýkat se

**remurmuro, are, —, —** – reptat

---

[22] Maas, A. Lucifer. In CE. Vol. 9. New York 1910.

sanies, ei, f. – hnis  
crimen, inis, n. – hřich  
exergeo, ere, tersi, tersum – oprášovat, utírat, vymetat  
charitativus (caritativus), a, um – láskyplný  
impudicus, a, um – necudný, nestydatý  
purgativus, a, um – očišťující  
respuo, ere, ui, – – odmítnout, pohrdnout  
phreneticus, a, um – šílený, zuřivý  
vaesanus = vesanus, a, um – smyslů zbavený  
mollifico, are – učinit měkkým, obměkčit  
caesura, ae, f. – řez  
praesto, are, stiti, statum – pomáhat  
aeternus, a, um – věčný  
saeculum, i, n. – věk

# **Jan Hus – Dixit Martha ad Iesum (Io 11, 21)**

**O špatných způsobech konání pohřbu – lakota zúčastněných a okázalost obřadů jsou škodlivé, např. prodlužují očistný trest; užitečné je i v tomto případě pouze dobré jednání**

„Dixit Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.“

In presenti ewangelio agitur de morte Lazari, qui fuit suscitatus a Cristo. Fuit autem ultimus inter eos, quos ipse tempore sue viacionis suscitavit. Fuit eciam iste *familiaris Cristo ex domestitate, in fide, in hospicio et in victu.*<sup>[23]</sup> Unde legitur istud ewangelium in mortuorum exequiis, ut fratres et sorores superstites ex eodem affectu et in fide recta rogent Dominum Iesum pro mortuis, quo affectu et in qua fide Martha rogavit et fuit exaudita, ut frater eius a morte corporis resurgeret. (...)

Circa istud ewangelium videndum est, *quare fiunt exequie mortuorum*. Et est duplex causa in genere: prima *vera et laudabilis*, secunda falsa et vituperabilis. Et quia secundum Philosophum in operatione primo removendum est prohibens sive inpediens, igitur prima causa dampnabilis ab exequiis est principaliter removenda, que triplex est, incitans dyaboli ministerio,

---

[23] Editorka *Positiones* zvýrazňuje kurzivou doslovné přejímky z Wyclifova díla. V tomto případě Hus cituje z Wyclifova kázání *Dixit Martha ad Jesum* (In *Iohannis Wyclif Sermones*. Vol. IV. Ed. I. Loserth. London: Trübner & co., 1890, II, s. 11).

quare hodie mortuorum exequie fiunt sic sollemnes. Prima causa damnabilis est, *ut aput mundum nomen divitiae defuncti sollemnius celebretur*. Secunda, *ut vita mortui per multa mendacia comedetur*. Tercia, *ut lucrum temporalium sacerdotibus cumuletur*.<sup>[24]</sup>

Iste autem cause nocent dantibus divitibus seu exequias facientibus, quia vana gloria percuciuntur et illud, quod inpendunt, perdunt iuxta iuramentum Salvatoris dicentis Math. 23°: „Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.“ „Amen, dico vobis, quia receperunt mercedem suam.“ Secundo nocent recipientibus sacerdotibus, quia propterea magis avaricie intendunt et simonie et crapulosius pascuntur sicut corwi de caderibus. Et hinc dicitur: „De morbo medicus, gaudet de morte sacerdos,“ quia medicum morbus et sacerdotem cadaver pascit, suple occasionaliter. Tercio nocent vivis pauperibus, quia in bonis defraudantur. Quarto nocent mortuis, quia suffragium superstitum propter eorum peccatum a mortuis subtrahitur et quia occasione mortuorum ministrata de male quesitis vel conservatis temporalibus inchoatum peccatum perficitur, et sic eorum pena prolongatur.

(...) *Nam constat experimento certissimo, quod hominis cadaver mortuum est vilius, horribilior et fetidius quam cadavera bestiarum.* (...) *Quid ergo valet sibi transacta gula sive luxuria, cum finis talis necessario consequatur? Indubie multum nocebit tam corpori quam anime, cum ipsa sint connectenda perpetuo et perceptura mercedem perpetuam, secundum quod meruerant hic in via.*<sup>[25]</sup> Et hinc Salvator frequenter minatur igne perpetuo, quem damnati perpetuo pacientur. (...)

---

[24] V tomto odstavci srov. Iohannes Wiclef. Omne quod dat mihi pater ad me veniet. In tamtéž, XI, s. 89.

[25] Tamtéž, s. 94.

Ex dictis colligitur, quod ab exequiis debet excludi superfluitas ut vana gloria, cleri avaricia, cura superflua, nimia confidencia, seduccio vana et omne peccatum mortale in suffragantibus, quia tunc eorum oblaciones sacrificii, elemosine, ieunia, oraciones, ymmo omnis accio meritoria proderit membris dormientis ecclesie, de quanto viantes in seculo meruerunt. Nec aliter, nisi per Dominum Iesum Cristum, qui est suffragiorum omnium principalissimum fundamentum.

(Iohannes Hus. Dixit Martha ad Iesum. In *Positiones – recommendationes – sermones*. Universitní promluvy. Ed. A. Schmidtová. Praha: Státní pedagogické nakladatelství, 1958, s. 157–178.)

## Slovní zásoba

Iesus (Jesus), u, m. – Ježíš

suscito, are, avi, atum – vzkřísit

domestitas, atis, f. – příbuznost

exsequiae, arum, f. – pohřeb, pohřební průvod, tryzna

ewangelium = euangelium, ii, n.

superstes, stitis – pozůstalý

affectus, us, m. – láska

circa (+ak.) – co se týče, vzhledem k, pokud jde o

vituperabilis, e – hoden pokáraní, špatný

Philosophus, i, m. = Aristotelés

operacio = operatio, onis, f.

dampnabilis = damnabilis, e

dyabolus = diabolus, i, m. – débel, z řec. διάβολος = původce rozkolu

solemnis, e – pompézní

aput = apud

defungor, defungi, defunctus sum – zemřít

comendo (commendo), are, avi, atum – chválit

lucrum, i, n. – zisk, majetek

gloria, ae, f. – sláva

percucio = percutio, ere, cussi, cussum – zasáhnout

Salvator, oris, m. – Spasitel

merces, mercedis, f. – odměna, odplata; Husovy úvahy

o prosbách za mrtvé jsou založeny na jeho přesvědčení, že člověk svým pozemským jednáním ovlivňuje to, jestli se po smrti dostane do nebe, nebo do pekla; tyto úvahy o prosbách vycházejí rovněž z přesvědčení o existenci očistce (*purgatorium*, srov. *pурго*, *are*), v němž se duše očištějí od hříchů, za něž se lidé nestihli před smrtí kát, a o tom, že správně provedenými prosbami mohou

pozůstalí a ostatní živí tuto očistu a utrpení zkrátit  
**avaricia** = **avaritia, ae, f.** – lakota, zištnost; jeden ze smrtelných  
hřichů, mezi které se počítá také dále zmíněná luxuria  
a gula (kromě toho

**i superbia, invidia, ira, accidia**)

**simonia, ae, f.** – svatokupectví

**crapulosus** – oddávající se obžerství (**crapula, ae, f.** – obžerství)

**pasco, ere, pavi, pastum** – krmit, živit, sytit

**corvus, i, m.** – havran

**cadaver, eris, n.** – mrtvola

**suple** = supple

**defraudo, are, avi, atum** – klamat, šidit

**suffragium, ii, n.** – modlitba, prosba, přímluva

**occasio, onis, f.** – jmění, bohatství

**peccatum, i, n.** – hřich

**vilis, e** – laciný, bezcenný

**fetidus** = **foetidus, a, um** – páchnoucí, smrdutý

**transigo, ere, egi, actum** – provést

**gula, ae, f.** – obžerství

**luxuria, ae, f.** – rozmařilost, smilstvo

**perpetuo** – trvale, věčně

**minor, ari, atus sum** – hroxit

**damnatus, a, um** – zatracený

**colligo, ere, legi, lectum** – uzavírat

**seduccio** = **seductio, onis, f.** – svádění

**suffragor, ari, atus sum** – přimlouvat se

**oblacio** = **oblatio, onis, f.** – obětování, poskytnutí

**elemosina** = **eleemosyna, ae, f.** – almužna

**ieiunium, ii, n.** – půst

**meritorius, a, um** – záslužný

**ecclesia, ae, f.** – církev

**seculum** = **saeculum, i, n.** – (konečný, pozemský) svět

# V. Visio

*Visiones* (= vidění) fungují ve středověké literatuře nejčastěji jako jeden z účinných prostředků, jak křesťanům připomenuvat dopad jejich pozemského jednání na jejich posmrtný život a jak je donutit k mravní nápravě. Ať už jsou součástí děl jiných funkcí nebo se jim dostává samostatné pozornosti, jejich cíl bývá zřetelně popsán.<sup>[26]</sup> Ovlivňují život středověkého člověka natolik, že není výjimkou, když se na jejich základě založí klášter nebo když se někdo rozhodne opustit laický život a svoji rodinu a vstoupí do rádu.<sup>[27]</sup>

*Vita sanctae Hildegardis* pojednává o životě německé vizionárky Hildegardy z Bingen (1098–1179), zakladatelky a představené benediktinského kláštera Disibodenberg. Autory tohoto textu jsou Hildegardini současníci – Gottfried, mnich z Disibodenbergu (Godefridus, 1. kniha), a mnich Theoderich z Echternachu (Theodoricus Epternacensis, 2. a 3. kniha, předmluva). Gottfried začal psát ještě za Hildegardina života. Dílo dokončil Theoderich.<sup>[28]</sup> *Vita* jako celek je spíše legendistickou biografií,

---

[26] Srov. např. vidění v antologii *Ráj, peklo a očistec ve středověkých viděních*. Red. M. Moravová. Praha: Argo, 2011. ISBN 978-80-257-0543-8.

[27] Dinzelbacher, P. *Mittelalterliche Visionsliteratur*. Darmstadt: Wissenschaftliche Buchgesellschaft, 1989, s. 1–4.

[28] Flanagan, S. *Hildegard of Bingen, 1098–1179. A Visionary Life*. London, New York: Routledge, 2001, s. 1. ISBN 0-415-18551-3.

nicméně obsahuje popis několika Hildegardiných vidění, z nichž jedno uvádím v další ukázce.<sup>[29]</sup>

---

[29] P. Dinzelbacher klade jako kritérium rozlišení mezi *Visio*-nen a *Erscheinungen* přenesení vizionáře do jiného prostoru (heslo *Visio* v *Lexikon des Mittelalters*. Band VIII, 1734–1735 Stuttgart, Weimar 1999; heslo *Erscheinung* – tamtéž Band 3. Stuttgart, Weimar 1999, 2185–2186), což je kritérium, které někdy činí zařazení textu mezi *visiones* diskutabilním, pokud se v něm o prostoru vůbec nehovoří.

# *Vita sanctae Hildegardis*

## *Hildegardino vidění, které posílilo její zbožnost*

Inde est, quod a terrenis castigabatur, sicut scriptum est: „Flagellat Deus omnem filium, quem recipit“, ut in ea meritorum augerentur merita, sicut et in subsequenti visione declaratur, quam describit ita:

### **[Liber II, cap.] VIII. Visio quarta:**

„In lectum egritudinis quodam tempore me Deus stravit et aeriis penis totum corpus meum infudit, ita quod vene cum sanguine, caro cum livore, medulle cum ossibus in me aruerunt, velut anima mea a corpore eximi deberet. In isto strepitu triginta dies fui, ita quod ex calore aerii ignis venter meus fervebat. Unde quidam hanc egritudinem pro pena computabant. Virtus quoque spiritus mei carni mee infixa defecit, nec ex hac vita translata, nec pleniter fui in ea. Corpus etiam meum immutatum sternebatur in terram super cilicium, nec tamen vidi finem meum, cum et prelati mei, filie et proximi cum planctu magno venirent, ut meum obitum viderent.

At ego in vera visione aciem magnam angelorum humano intellectui innumerabilem per hos dies interdum vidi, qui de exercitu illo erant, qui cum Mychael contra drachonem pugnabant, et hi sustinebant, quid de me Deus fieri iuberet. Sed unus fortis ex eis clamabat ad me dicens: ,Ei, ei, aquila, quare dormis in scientia? Surge de dubitatione! Cognosceris. O gemma, in splendore omnes aquile videbunt te, sed mundus lugebit, vita autem eterna gaudebit, et ideo aurora ad solem surge. Surge,

surge, comedere et bibe!‘ Mox acies tota clamabat voce sonora:  
,Vox gaudii! Nuntii siluerunt, nondum venit tempus transeundi.  
Puella, ergo surge!‘ Statim corpus meum et sensus mei ad pre-  
sentem vitam mutabantur. Quod filie mee, que prius fleverant,  
cernentes de terra me levatam in lectum reposuerunt et sic pris-  
tinas vires recepi.“

(*Vita sanctae Hildegardis*. Ed. M. Klaes. Freiburg im Breisgau; Ba-  
sel; Wien; Barcelona; Rom; New York: Herder, 1998, s. 148–150.  
ISBN 3-451-23366-5; 3-451-23376-2. *Fontes christiani*.)

## Slovní zásoba

**terrenus, a, um** – pozemský; terrena – pozemské, tj. pomíjivé věci

**flagello, are, avi, atum** – bičovat

**meritum, i, n.** – zásluha

**visio, onis, f.** – vidění

**lectus, i, m.** – lůžko

**egritudo = aegritudo, inis, f.**

**sterno, ere, stravi, stratum** – povalit, strhnout

**pena = poena, ae, f.**

**infundo, ere, fudi, fusum** – vlévat

**vena, ae, f.** – žíla

**sanguis, inis, m.** – krev

**medulle = medullae; medulla, ae, f.** – morek

**aresco, ere, arui** – usychat

**eximo, ere, emi, emptum** – odnímat, odebírat

**strepitus, us, m.** – nepokoj

**calor, oris, m.** – horko

**venter, tris, m.** – žaludek

**ferveo, ere, ferbui, – –** vřít, hořet

**computo, are, avi, atum** – počítat, považovat

**deficio, ere, feci, fectum** – chřadnout, nedostávat se, docházet

**planctus, us, m.** – naříkání

**obitus, us, m.** – smrt

**dracho = draco, onis, m.** – drak

**aquila, ae, f.** – orlice

**dormio, ire, ivi/ii, itum** – spát, zahálet

**surgo, ere, surrexi, surrectum** – vstát

**dubitatio, onis, f.** – pochybování, pochybnost, nejistota

**gemma, ae, f.** – drahokam

**lugeo, ere, luxi, – –** truchlit

**aurora, ae, f.** – červánky

**sonorus, a, um** – zvučný

## *Pokračování zkoušky víry a Hildegardina vidění*

„Penalis autem infirmitas a me pleniter non recessit, sed tantum spiritus meus de die in diem plus quam prius in me confortabatur. Nam pessimi aerii spiritus, quibus penales cruciatus hominum iniuncti sunt, penam hanc, que michi ab eis, ut Deus permisit, inferebatur, subministrabant, sicut et tortores fecerunt, qui beato Laurentio et aliis martyribus prunas apponebant; qui et ad me festinantes voce magna clamabant: „Seducamus istam, ut de Deo dubitet et blasphemet, cur eam tantis penis implicet.“ Sicut enim in Iob permissione Dei factum est, quod sathan corpus eius ita percussit, quod vermibus scateret, ita aerius ignis subintrans carnem meam consumpsit; quod et Iheremie accidit, qui dolorem suum flebiliter planxit, sed diabolus ei persuadere non potuit, quod Deum blasphemaret.

Ego vero mollis in carne, timida in mente de penis istis plurimum terrebar, sed Deus me confortavit, quod eas patienter ferebam, atque in spiritu meo dixi: „O, o, domine Deus, omnia, per que me tangis, bona esse scio, quoniam cuncta opera tua bona et sancta sunt, quoniam hec ab infantia mea promerui; sed tamen confido, quod animam meam in vita futura sic cruciari non permittas.“

(*Vita sanctae Hildegardis*. Ed. M. Klaes. Freiburg im Breisgau; Basel; Wien; Barcelona; Rom; New York: Herder, 1998, s. 150–152.  
ISBN 3-451-23366-5; 3-451-23376-2. *Fontes christiani*.)

## Slovní zásoba

conforto, are – posilovat

cruciatus, us, m. – muka, trápení, útrapa

tortor, oris, m. – mučitel

martyr, yris, m. – mučedník

pruna, ae, f. – hořící uhlí

permissio, onis, f. – svolení

sathan = satan, neskl., nebo satanas, ae, m. – satan (= protivník), srov. definici Isidora ze Sevilly: „Satanas in Latino sonat adversarius sive transgressor.“<sup>[30]</sup>

vermis, is, m. – červ

scateo, ere – hemžit se, být plný

infantia, ae, f. – dětství

---

[30] Isidorus Hispalensis. *Etymologiarum sive Originum libri XX.*  
Ed. W. Lindsay. Oxonii 1911, liber 8, cap. 11, 19.

# VI. Exempla

Tato rozsáhlá kapitola obsahuje ukázky z děl tří autorů – Řehoře Velikého (Gregorius Magnus, kolem 540–604), Petra Alphonsiho (Petrus Alphonsi, 1075 – po 1130) a Caesaria z Heisterbachu (Caesarius Heisterbacensis, kolem 1180 – po 1240).<sup>[31]</sup> Společným znakem ukázek je to, že se jedná o velmi krátká vyprávění, jejichž cílem je čtenáře morálně poučit, a že proto hrají důležitou roli v souvislosti s hledáním počátků exempla.

*Dialogi* Řehoře Velikého – hagiografa, exegetika, od r. 590 papeže a také reformátora liturgie – jsou rozhovory Řehoře a jáhna Petra a jako celek jsou dílem hagiografickým.<sup>[32]</sup> I když se jedná o dílo spojované především s oslavou Benedikta z Nursie, je významné i z dalšího hlediska – obsahuje velké množství vyprávění o zázracích (*miracula*) nebo viděních, která začaly další generace používat např. jako oblíbená exempla nebo jako vysoce hodnocený vzor pro sepisování nových *visiones*.

Petrus Alphonsi byl osobním lékařem krále Alfonsa I. Aragonského a z hlediska literárního proslul díky souboru příběhů zasazených do rozhovorů otce a syna o tématech souvisejících s křesťanskou morálkou – *Disciplina clericalis*.<sup>[33]</sup>

---

[31] A. Vidmanová v následujících heslech v SLS: Gregorius Magnus, s. 263; Petrus Alphonsi, s. 454; Caesarius Heisterbacensis, s. 154.

[32] Např. Vidmanová, A. Gregorius Magnus. In SLS, s. 263.

[33] Vidmanová, A. Petrus Alphonsi, In SLS, s. 454.

Caesarius byl převorem v Heisterbachu, ale z hlediska literárního především „tvůrcem exempla jako literárního druhu“. *Exemplum* (= příklad) je „krátké vyprávění, které slouží jako ilustrace k náboženskému nebo mravnímu naučení a dělá je srozumitelnějším. Žánrově jsou exempla bajky, paraboly, novely, povídky, zpravidla kratšího rozsahu, vždy však musí být vedle složky epické zastoupeno i ponaučení.“<sup>[34]</sup> Exempla se používala hlavně v kazatelské praxi „k povzbuzení bdělosti a zájmu posluchačů“ a také pro zlepšení srozumitelnosti obsahu.<sup>[35]</sup> Caesarius vkládal exempla do kázání, ale napsal také dvě sbírky samostatných exempl – *Dialogus miraculorum* (1219–1223) a *Libri miraculorum*.<sup>[36]</sup> Jeho hlavní přínos spočíval právě v tom, že exempla osamostatnil (vzhledem ke kázáním).<sup>[37]</sup> Několik exempla jsem převzala z první jmenované sbírky – *Dialogus miraculorum*. Caesarius si v ní vzal za vzor zmíněné Řehořovy *Dialogy* a vystavěl dílo jako rozhovor novice a mnicha (= sám autor).<sup>[38]</sup> Jednotlivá exempla Caesariova *Dialogu* na sebe navazovala a jako celek byl *Dialog* zamýšlen jako pomůcka Caesariovým žákům (cisterciáckým novicům) pro správný způsob života, nikoli jako nesouvisející zábavné historky.<sup>[39]</sup>

---

[34] Vidmanová, A. *Exemplum*. In SLS, s. 236.

[35] J. Nechutová v uvodní studii ke svému českému překladu Caesariova *Dialogu*: *Caesarius z Heisterbachu. Vyprávění o zázracích. Středověký život v zrcadle exempl*. Praha: Vyšehrad, 2009, s. 17. ISBN 978-80-7021-980-5.

[36] Vidmanová, A. *Caesarius Heisterbacensis*. In SLS, s. 154.

[37] Nechutová, J. In *Caesarius z Heisterbachu. Vyprávění*, s. 18.

[38] Tamtéž, s. 20.

[39] Tamtéž, s. 21.

# Řehoř Veliký – *Liber dialogorum*

## Liber IV, cap. X. – De anima inclausi cuiusdam

Quidam autem religiosus atque fidelissimus uir adhuc mihi in monasterio posito narrauit, quod aliqui de Siciliae partibus nauigio Romam petentes, in mari medio positi, cuiusdam serui Dei, qui in Samnio fuerat inclausus, ad caelum ferri animam uiderunt. Qui descendentes ad terram causamque, an ita esset acta, perscrutantes, illo die inuenerunt obiisse Dei famulum, quo hunc ad regna caelestia ascendisse cognouerunt.

(Grégoire le Grand. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vogüé. Paris: Cerf, 1980, cap. X, s. 44. Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

## Slovní zásoba

nauigium, ii, n. – loď

perscrutor, ari, atus sum – zkoumat, pátrat

famulus, i, m. – služebník

caelestis, e – nebeský

## **Liber IV, cap. XXXV.– De quodam religioso moriente, qui prophetas uidit**

Nam quidam noster religiosus, uir uitae ualde laudabilis, cum ante hoc quadriennium moreretur, sicut religiosi alii, qui praesentes fuere, testati sunt, in hora exitus Ionam prophetam, Hiezechielem quoque et Danielem coepit aspicere eosque dominos suos ex nomine clamare. Quos dum ad se uenisse diceret et de pressis luminibus eis reuerentiae obsequium paeberet, ex carne eductus est. Qua in re aperte datur intelligi, quae erit in illa incorruptibili uita notitia, si uir iste adhuc in carne corruptibili positus prophetas sanctos, quos nimirum nunquam uiderat, agnouit.

(Grégoire le Grand. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vögüé. Paris: Cerf, 1980, s. 116. Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

## Slovní zásoba

religiosus, i, m. – mnich

propheta, ae, m. – prorok

deprimo, ere, pressi, pressum – sklopit

lumen, inis, n. – zrak

obsequium, ii, n. – oddanost, podřízenost

reuerentia, ae, f. – vážnost

notitia, ae, f. – znalost, porozumění, poznání

## Liber IV, cap. XXXVII. – De uocatione et reuocatione Petri monachi (...)

Superna enim pietas ex magna misericordiae suae largitate disponit, ut nonnulli etiam post exitum repente ad corpus redeant et tormenta inferi, quae audita non crediderant, saltem uisa pertimescant. Nam quidam Illiricianus monachus, qui in hac urbe mecum in monasterio uiuebat, mihi narrare consueuerat, quia quodam tempore, cum adhuc in heremo morarentur, agnouerit, quod Petrus, quidam monachus ex regione ortus Iberiae, qui ei in loco uastae solitudinis, cui Euasa nomen est, inhaerebat, sicut ipso narrante didicerat, priusquam heremum peteret, molestia corporis interueniente defunctus est; sed protinus corpori restitutus inferni se supplicia atque innumera loca flamarum uidisse testabatur. Qui etiam quosdam huius saeculi potentes in eisdem flammis suspensos se uidisse narrauit. Qui cum iam deductus esset, ut in illo et ipse mergeretur, subito angelum corusci habitus apparuisse fatebatur, qui eum in igne mergi prohiberet. Cui etiam dixit: „Egredere et qualiter tibi posthaec uiuendum sit, cautissime adtende.“ Post quam uocem paulatim recalscentibus membris ab aeternae mortis somno euigilans cuncta, quae circa illum fuerant gesta, narrauit. Tantisque se postmodum uigiliis ieuniisque constrinxit, ut inferni eum uidisse et pertimusse tormenta, etiamsi taceret lingua, conuersatio loqueretur; quippe cui omnipotentis Dei mira largitate in morte actum est, ne mori debuisset.

(Grégoire le Grand. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vogué. Paris: Cerf, 1980, s. 126–128. Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

## Slovní zásoba

uocatio, onis, f. – výzva, povolání

supernus, a, um – nebeský

pietas, atis, f. – láska

exitus, us, m. – smrt

monasterium, ii, n. – klášter

Iberia (Hiberia), ae, f. – Španělsko

solitudo, inis, f. – pustina

inhaereo, ere, haesi, haesurus – připojit se

molestia, ae, f. – obtíž

protinus – hned

supplicium, ii, n. – trest

mergo, ere, mersi, mersum – strčit, uvrhnout

coruscus, a, um – třpytivý

habitus, us, m. – šaty

fateor, eri, fassus sum – vypovědět, prozradit

recalesceo, ere – opět se oteplovat, zahřívat se

somnus, i, m. – spánek

euigilo, are, avi, atum – probudit se

uigilia, ae, f. – bdění (noc strávená modlitbami)

constringo, ere, strinxi, strictum – spoutat, krotit, držet na  
uzdě

conuersatio, onis, f. – životní postoj, způsob života

## Liber IV, cap. XXXVII.– De resuscitatione Stephani

Sed quia humanum cor grauis ualde duritiae est, ipsa quoque poenarum ostensio aeque omnibus utilis non est. Nam inlustris uir Stephanus, quem bene nosti, de semetipso mihi narrare consueuerat, quia in Constantinopolitana urbe pro quadam causa demoratus molestia corporis superueniente defunctus est. Cumque medicus atque pigmentarius ad aperiendum eum atque condiendum esset quaesitus et die eodem minime inuentus, subsequenti nocte iacuit corpus inhumatum. Qui ductus ad inferni loca uidit multa, quae prius audita non credidit. Sed cum praesidenti illic iudici praesentatus fuisse, ab eo receptus non est, ita ut diceret: „Non hunc deduci, sed Stephanum ferrarium iussi.“ Qui statim reductus in corpore est et Stephanus ferrarius, qui iuxta eum habitabat, eadem hora defunctus est. Sicque probatum est uera fuisse uerba, quae audierat, dum haec effectus mortis Stephani demonstrauit.

(Grégoire le Grand. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vogüé. Paris: Cerf, 1980, s. 128. Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

## Slovní zásoba

**resuscitatio, onis, f.** – vzkříšení, povstání z mrtvých

**duritia, ae, f.** – tvrdost, zatvrzelost

**ostensio, onis, f.** – ukázání, odhalení

**inlustris = illustris, e** – vynikající, osvícený

**nosti = novisti**

**demoror, ari, atus sum** – zdržovat se

**defungor, i, functus sum** – skonat, zemřít

**pigmentarius, ii, m.** – mastičkář

**condio, ire, ivi, itum** – balzamovat

**inhumatus, a, um** – nepochovaný, nepohřbený

**praesideo, ere, sedi, sessum** – předsedat

**ferrarius, ii, m.** – kovář

**probo, are, avi, atum** – dokázat

**effectus, us, m.** – vykonání, následek

## Liber IV, cap. XXXVII.– De uisione cuiusdam militis

Quidam uero miles in hac eadem nostra urbe [pestilentia] percussus ad extrema peruenit. Qui eductus e corpore exanimis iacuit, sed citius rediit et quae cum eo fuerant gesta, narrauit. Aiebat enim, sicut tunc res eadem etiam multis innotuit, quia pons erat, sub quo niger atque caligosus foetoris intolerabilis nebulam exhalans fluuius decurrebat. Transacto autem ponte amoena erant prata atque uirentia, odoriferis herbarum floribus exornata, in quibus albatorum hominum conuenticula esse uidebantur. Tantusque in loco eodem odor suavitatis inerat, ut ipsa suavitatis fragrantia illic deambulantes habitantesque satiaret. Ibi mansiones diuersorum singulae, magnitudine lucis plenae. Ibi quaedam mirae potentiae aedificabatur domus, quae aureis videbatur laterculis construi, sed cuius esset, non potuit agnosci. Erant uero super ripam praedicti fluminis nonnulla habitacula, sed alia exsurgentis foetoris nebula tangebantur, alia autem exsurgens foetor e flumine minime tangebat.

(Grégoire le Grand. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vogué. Paris: Cerf, 1980, s. 130. Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

## Slovní zásoba

percutio, ere, cussi, cussum – uchvátit, zasáhnout

pestilentia, ae, f. – mor

extremus, a, um (od exter) – konečný, poslední

exanimis, e – bezduchý, neživý

aio, ais – říkat, tvrdit

foetor, oris, m. – zápach

nebula, ae, f. – pára, mlha, oblak

exhalo, are, avi, atum – vydávat (ze sebe), vypařovat

pratum, i, n. – louka

uireo, ere, ui, – – zelenat se

conuenticulum, i, n. – shromáždění

albatrus, a, um – oděný bílým rouchem

odor, oris, m. – vůně

fragro, are, avi, atum – vonět

mansio, onis, f. – příbytek, běžné označení pro některé ze zásvětních míst

laterculus, i, m. – cihla

ripa, ae, f. – břeh

## **Liber IV, cap. XXXVII. – Pokračování vojákovova vidění – zkouška na onom světě**

Haec uero erat in praedicto ponte probatio, ut quisquis per eum iniustorum uellet transire, in tenebroso foetentique fluuiu laberetur; iusti uero, quibus culpa non obsisteret, seculo per eum gressu ac libero ad loca amoena peruenirent. Ibi se etiam Petrum ecclesiasticae familiae maiorem, qui ante quadriennium defunctus est, deorsum positum in locis teterrimis, magno ferri pondere religatum ac depresso uidisse confessus est. Qui dum requireret, cur ita esset, ea se dixit audisse, quae nos, qui eum in hac ecclesiastica domo nouimus, scientes eius acta recolimus. Dictum namque est: „Haec idcirco patitur, quia si quid ei pro facienda ultione iubebatur, ad inferendas plagas plus ex crudelitatis desiderio, quam oboedientia seruiebat.“

(Grégoire le Grand. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vogué. Paris: Cerf, 1980, s. 130–132. Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

## Slovní zásoba

probatio, onis, f. – zkoušení

tenebrosus, a, um – tmavý, černý

foeteo, ere – zapáchat, smrdět

labor, labi, lapsus sum – padat

obsisto, ere, stiti, – – stavět se do cesty

gressus, us, m. – krok, chůze

quadriennium, ii, n. – doba čtyř let

deorsum – dolů

teter = taeter, tra, trum – ošklivý, odporný

ferrum, i, n. – železo

relico, are, avi, atum – svázat, přivázat

deprimo, ere, pressi, pressum – stlačit (jindy sklopit)

ultio, onis, f. – trest

plaga, ae, f. – rána, úder

## **Liber IV, cap. XLV. – Vtrum unus gehennae ignis sit, an diuersi**

GREGORIUS: Vnus quidem est gehennae ignis, sed non uno modo omnes cruciat peccatores. Vniuscuiusque etenim quantum exigit culpa, tantum illic sentietur poena. Nam sicut in hoc mundo sub uno sole multi consistunt, nec tamen eiusdem solis ardorem aequaliter sentiunt, quia alius plus aestuat atque alius minus, ita illic in uno igne non unus est modus incendii; quia quod hic diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum, ut et ignem non dissimilem habeant, et tamen eosdem singulos dissimiliter exurat.

(Grégoire le Grand. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vogué. Paris: Cerf, 1980, s. 160. Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

## Slovní zásoba

**gehenna, ae, f.** – peklo; z hebrej. Ge-Ben-Hinnom nebo Ge-hinnom = údolí u Jeru-

**zaléma, kde byly obětovány děti bohu Molochovi**

**diuersus, a, um** – různý, rozdílný

**culpa, ae, f.** – provinění, vina

**illic** – tam

**ardor, oris, m.** – žár

**aestuo, are, avi, atum** – (prudce) spalovat, pálit

**exuro, ere, ussi, ustum** – spalovat

# Petrus Alphonsi – *Disciplina clericalis*

## De septem artibus, probitatis, industriis

Unus ex discipulis interrogavit magistrum suum et dixit:  
„Cum septem sint artes et septem probitates et septem industrie, vellem, ut haec mihi, sicut se habent, enumerares.“ Magister:  
„Enumerabo. Hae sunt artes: dialectica, arithmeticā, geometria, phisica, musica, astronomia. De septima vero diversae plurimorum sunt sententiae, quaenam sit. Philosophi, qui prophetias sectantur, aiunt nigromantiam esse septimam. Aliqui ex illis videlicet, qui prophetiis non credunt, philosophiam volunt esse septimam, quae res naturales vel elementa mundana praecellit. Quidam, qui philosophiae non student, grammaticam esse affirman. Industriae vero hae sunt: equitare, natare, sagittare, cestibus certare, aucupare, scaccis ludere, versificari. Probitates hae sunt: ne sit vorax, potator, luxuriosus, violentus, mendax, avarus et de mala conversatione.“ Discipulus: „Hoc tempore puto neminem huiusmodi esse.“

(Pietro Alfonsi. *Disciplina clericalis*. Ed. C. Leone. Roma: Salerno, c2000, s. 30–31. ISBN 978-88-8402-689-7.)

## Slovní zásoba

probitas, atis, f. – ctnost, kvalita

enumero, are, avi, atum – vypočítat

prophetia, ae, f. – proroctví

sector, ari, atus sum – honit se za něcím

nigromantia, ae, f. (necromantia) – černá magie, čarodějnictví

elementa, orum, n. – prvky

precello = praecello, ere, —, — předčit, převyšovat

affirmo, are, avi, atum – tvrdit (s jistotou)

nato, are, avi, atum – plavat

sagitto, are, avi, atum – střílet z luku

cestus (caestus), us, m. – (kožený) pás

aucupo, are, avi, atum (také depon. aucupor) – chytat ptáky

vorax, acis – žravý, hltavý

potator, oris, m. – pijan

## **De formica. De gallo. De cane.**

Balaam, qui lingua arabica vocatur Lucaman, dixit filio suo: „Fili, ne sit formica sapientior te, quae congregat in aestate, unde vivat in hyeme. Fili, ne sit gallus vigilantior te, qui in matutinis vigilat, et tu dormis. Fili, ne sit gallus fortior te, qui iustificat decem uxores suas, tu solam castigare non potes. Fili, ne sit canis corde nobilior te, qui benefactorum suorum non obliviscitur, tu autem benefactorum tuorum oblivisceris. Fili, ne videatur tibi parum unum habere inimicum vel nimium mille habere amicos.“

(Pietro Alfonsi. *Disciplina clericalis*. Ed. C. Leone. Roma: Salerno, c2000, s. 8-10.)

## Slovní zásoba

formica, ae, f. – mravenec

gallus, i, m. – kohout

hyems = hiems, emis, f. – zima

matutinum, i, n. – brzké jitro

obliviscor, i, litus sum (+ gen. osoby) – zapomínat

benefactor, oris, m. – dobrodinec

## **De timore Dei**

Enoch philosophus, qui lingua arabica cognominatur Edric, dixit filio suo: „Timor Domini sit negotiatio tua et veniet tibi lucrum sine labore.“

Dixit alius philosophus: „Qui timet Deum, omnia timent eum; qui vero non timet Deum, timet omnia.“

Dixit alius philosophus: „Qui timet Deum, diligit Deum; qui diligit Deum, obedit Deo.“

(Pietro Alfonsi. *Disciplina clericalis*. Ed. C. Leone. Roma: Salerno, c2000, s. 6-8.)

## Slovní zásoba

cognomino, are, avi, atum – jmenovat, nazývat

negotiatio, onis, f. – práce; zabývání se něčím

lucrum, i, n. – zisk

# **Caesarius z Heisterbachu – *Dialogus miraculorum***

## **Dist. V, cap. 34 – De Thiemone milite, cum quo diabolus nocte tesseribus ludens viscera eius excussit**

In Susacia, quae civitas est Dioecesis Coloniensis, miles quidam Thiemo nomine habitabat, qui sic totus deditus erat ludo tesserum, ut non die, non nocte quiesceret. Semper saccum cum nummis secum portabat, ut secum ludere volentibus obviaret. Ita in ludis expeditus et fortunatus erat, ut vix aliquis ab illo sine damno recederet. Ut autem posteris ostenderetur, quantum Deo tales ludi, in quibus irae, invidia, rixae et damna suscitantur peccatique verba rotantur, contrarii forent, permissum est diabolo, ut cum eo luderet, qui multis illuserat, atque evisceraret, qui multorum marsibia evacuaverat.

Nocte quadam domum eius in specie cuiusdam ludere voluntis intrans saccumque nummis refertum sub ascella portans ad tabulam sedit, denarios liberaliter apposuit, tesseris iactavit et acquisivit. Cui cum prospere succederet et militi iam pecunia quam apponeren defuisset, iratus ait: „Numquid non diabolus es tu?“ Et ille: „Nunc satis est, appropinquit enim tempus matutinale, oportet nos ire.“ Tollensque illum per tectum traxit, cuius viscera tegulis retrahentibus miserabiliter excussit. Et quid de eius corpore factum sit vel in quem locum illud proicerit, usque hodie tam a filio eius quam a ceteris, qui illum noverant, ignoratur. Mane vero viscerum eius reliquiae tegulis inhaerentes repertae sunt et in cimiterio sepultae. Bene diabolus suos ministros in hoc mundo sinit prosperari, quos semper in fine decipit.

(*Caesarii Heisterbacensis monachi Dialogus miraculorum.* Ed. J. Strange. Vol. I-II. Coloniae, Bonnae, Bruxellis: J. M. Heberle, 1851, I, dist. 5, cap. 34, s. 318.)

## Slovní zásoba

tessera, ae, f. – kostka

viscus, eris, n. – vnitřnost

excutio, ere, cussi, cussum – vyrvat

Coloniensis, e – kolínský

sacculus, i, m. – váček

nummus, i, m. – mince, peníz

obvio, are, avi, –(+ dat.) – potkat (někoho)

damnum, i, n. – ztráta (jindy také trest, pokuta)

rixa, ae, f. – hádka, spor

roto, are, avi, atum – točit

permitto, ere, misi, missum – dovolit, povolit

illudo, ere, lusi, lusum (+ dat.) – zahrávat si (s), podvádět

eviscero, are, avi, atum – rozsápat, vyrvat vnitřnosti

**marsubium = marsupium (marsupium), ii, n.** – váček na

peníze, peněženka

sacellus, i, m. – váček

refertus, a, um – nacpaný

ascella, ae, f. – paže, podpaží

matutinalis, e – ranní

tegula, ae, f. – střešní taška

mane – ráno

reperio, ire, repperi, repertum – nalézt, objevit

cimiterium (coemeterium), ii, n. – hřbitov

sino, ere, sivi, situm – nechat

decipio, ere, cepi, ceptum – klamat, podvádět

## **Dist. VII, cap. 43 – De poena lusoris, qui blasphemavit sanctam Mariam**

Legitur in libro Miraculorum Claraevallis de duobus lusoribus terrible quid. Cum uni male succederet, fortunae alterius invidens, ut furori suo satisfaceret, in Deum evomere coepit verba contumeliosa. Quem socius eodem maligno spiritu afflatus compescens ait: „Sile, tu enim nescis maledicere.“ Statimque Deum nimium blasphemans cum in matris eius iniuriam erumperet; vox desuper audita est: „Meam iniuriam quounque modo sustinui, matris autem meae contumelias nequaquam potero tolerare.“ Moxque super ipsam tabulam vulnere visibili invisibiliter percussus spumans exspiravit. Et quid dicam de verbis contumeliosis, cum etiam stultiloquia sine felle malitiae contra sanctae Dei Genitricis imaginem prolata noverim in praesenti acriter satis punita?

(*Caesarii Heisterbacensis monachi Dialogus miraculorum.* Ed. J. Strange. Vol. I-II. Coloniae, Bonnae, Bruxellis: J. M. Heberle, 1851, I, dist. 7, cap. 43, s. 62.)

## Slovní zásoba

miraculum, i, n. – zázrak

lusor, oris, m. – hráč

succedo, ere, cessi, cессum – dařit se

furor, oris, m. – zuřivost, vztek

evomo, ere, ui, itum – vydávat

malignus, a, um – zlý, špatný

afflo, are, avi, atum – napadnout, nakazit, podrobit

compesco, ere, ui, – – krotit

spumo, are, avi, atum – mít pěnu u úst

stultiloquium, ii, n. – blábol, žvanění

fel, fellis, n. – žluč

Genitrix (= Genetrix), icis, f. – rodička, matka

## **Dist. VIII, cap. 25 – De crucifijo ecclesiae sancti Georgii in Colonia, qui campanarium trusit**

Coloniae in ecclesia sancti Georgii Martyris crux metallina est effigiem habens Salvatoris, per quam multa miracula facta sunt ac sanitates. Unde multa luminaria matronae civitatis coram illa accendere consueverunt. Maxima tamen causa illarum virtutum fuisse creditur portio Dominici ligni, quae inclusa habebatur, quae nunc extracta gemmis et auro circumdata est.

Campanarius vero eiusdem ecclesiae, cum nullam ei reverentiam exhiberet, sed vadens cubitum frequenter luminaria inde subtrahens in usus suos converteret, nocte quadam, cum se in lectulum suum reclinasset et adhuc vigilaret, crux eadem ad eum venit et cum voce increpationis tam valide tutudit, ut infirmatus multis diebus sanguinem vomeret. Huius miraculi ego bene recordor et erat celeberrimum in tota civitate, ita ut ab illo tempore in maiori veneratione habita sit eadem crux.

(*Caesarii Heisterbacensis monachi Dialogus miraculorum.* Ed. J. Strange. Vol. I-II. Coloniae, Bonnae, Bruxellis: J. M. Heberle, 1851, II, dist. 8, cap. XXV, s. 101.)

## Slovní zásoba

- crucifixus, i, m.** – zde: kříž (pův. od crucifigere – ukřižovat, tj. crucifixus potom Ukřižovaný)
- Colonia, ae, f.** – Kolín nad Rýnem
- campanarius, ii, m.** – zvoník
- trudo, ere, si, sum** – strčit (do někoho, něčeho), uhodit
- metallinus, a, um** – kovový
- effigies, ei, f.** – obraz, zpodobení
- sanitas, atis, f.** – vyléčení, uzdravení
- luminar, aris, n.** – světlo
- accendo, ere, cendi, censum** – zapalovat
- virtus, utis, f.** – zázrak, moc/síla konat zázraky
- portio, onis, f.** – část, díl
- lignum, i, n.** – dřevo
- gemma, ae, f.** – drahokam
- reverentia, ae, f.** – úcta
- cubo, ere, cubui, cubitum** – lehnout si
- reclino, are, avi, atum** – lehnout si, položit se
- tundo, ere, tutudi, tusum** – tlouct
- infirmo, are, avi, atum** – zeslabit
- vomo, ere, ui, itum** – zvracet, chrlit
- veneratio, onis, f.** – úcta

## VII. Duchovní lyrika

V rámci oddílu duchovní lyriky představím jednu z nejstarších písni, které u nás vznikly – anonymní vánoční píseň s incipitem *Puer natus in Bethleem*, která pochází pravděpodobně z přelomu 13. a 14. st.<sup>[40]</sup> Dále uvádím píseň, sekvenci a hymnus Jana z Jenštejna (Iohannes Ienstejn, 1349–1400) – básníka, teologa, třetího pražského arcibiskupa a kancléře krále Václava IV.<sup>[41]</sup> Jan z Jenštejna skládal kromě těchto typů sládeb trophy, oficia a veršované modlitby.<sup>[42]</sup>

---

[40] Nechutová, J. *Latinská literatura*, s. 96.

[41] Spunar, P. Iohannes Ienstejn. In SLS, s. 325.

[42] Pro základní orientaci v užitých pojmech: SLS nebo Nechutová, J. *Latinská literatura*, s. 92–96.

# **Puer natus in Bethleem (cantio, cantilena)**

## **<De nativitate Cristi>**

1.

Puer natus in Bethleem  
unde gaudet Iherusalem;  
assumpsit carnem filius  
dei patris altissimi;  
per Gabrielem nuncium  
uirgo concepit filium.

2.

Tamquam sponsus de thalamo  
processit matris vtero;  
ponitur *<in>* presepio  
qui regnat sine termino;  
cognouit bos et asinus,  
quod puer esset dominus.

3.

Reges de Saba veniunt,  
aurum, thus, myrram offerunt;  
intrantes domum invicem  
salutant nouum hominem;  
trino vni sempiterno  
benedicamus domino.

4.

Gaudet chorus celestium  
et angeli canunt deo  
palamque fit pastoribus;  
in terris pax hominibus;  
cui semper angelicas  
deo dicamus gracias.

(*Geistliche Lieder und Gesänge in Böhmen*. Band II, 1. Bearbeitet von B. Böse, F. Schäfer, herausgegeben von H. Rothe. Köln, Wien: Böhlau Verlag, 1988, 170a, s. 179–180. V *Analecta hymnica medii aevi* I. Ed. G. M. Dreves. Leipzig: Fues's Verlag, 1886, 178, s. 163–164.)

## Slovní zásoba

**assumo, ere, sumpsi, sumptum** – vzít na sebe

**sponsus, i, m.** – snoubenec, ženich

**praesepium, ii, n.** – jesle

**thus = tus, turis, n.** – kadidlo

**myrra (murrha, murra, myrrha), ae, f.** – myrha

**angelicus, a, um** – andělský

# **Jan z Jenštejna – *De beata Virgine***

## ***Cantilena***

1.

Quid modo dictarem  
Teque commendarem  
Cantuque dulci psallerem  
De te, o virgo pia?  
Tu laude dignior,  
Tu cantu dulcior,  
Tu carmine iucundior,  
Semper virgo Maria.  
Gaude, in Dei lumine,  
Virgo, illustrata,  
Sine virili semine  
Puero fecundata,  
De glorioso nomine  
Iesu mater vocata.

2.

Tu ardes amore,  
Tu nites decore,  
Tuque praepolles honore,  
Tu stillas dulcore.  
Tu callis erranti,  
Tu portus natanti,  
Tu spes in exsilio,  
Tu lumen in obscuro (...)

(*Analecta Hymnica Medii Aevi* 48. *Hymnographi Latini. Lateinische Hymnedichter des Mittelalters.* Herausgegeben von C. Blume, G. M. Dreves. Leipzig: O. R. Reisland, 1905, 413, s. 441.)

## Slovní zásoba

**illustratus, a, um** – ctihodný

**virilis, e** – mužský

**ardeo, ere, arsi, arsurus** – planout

**niteo, ere, ui, -** – třpytit se, lesknout se

**praepolloe, ere, ui, -** – vymykat se (ve smyslu převyšovat  
někoho nebo něco)

**stillo, are, avi, atum** – stékat, řinout (pův. kapat)

**dulcor, oris, m.** – sladkost

**callis, is, m./f.** – stezka

# **Jan z Jenštejna – In festo B. M. V. ad nives**

## ***Sekvence***

1.

Eburnea,  
Nivea,  
Lactea,

2a

Liliata,  
Margarita,  
Fulgida,

2b

Alba, nitens,  
Candens virgo  
Maria.

3a

Caelis admiranda  
Et saeclis praedicanda,

3b

Cantica tuorum  
Suscipe famulorum,

4a

Quos pellicit falsitas

Perimit vanitas,

4b

Taeterrimis, sordidis  
Vitiis implicat.

5a

O mater Dei,  
Carens omni  
Macula,  
[Lucida],  
Facula,  
Candens nubecula,

5b

Manna quae pluis  
Semper tuis  
Servulis,  
Optima,  
Nobis da  
Iugiter gaudia,

6a

Ut fruamur caelico  
Pane angelico,

6b

Ne ruamus callido,  
Sub hoste bellico,

7a

Cuius tu confringe  
Cervicem, mitissima;

Fortissima,  
Adiuva,  
Depelle noxia;

7b  
Christum nobis ducem  
In valle miserrima,  
Pulcherrima,  
Condonia,  
Donet, qui aethera,

8a  
Tecum qui solio  
sedet sidereo,

8b  
Quem prece supplici  
Flagita, nancisci

9  
Ut possimus  
Gaudiorum gaudia.

(*Analecta Hymnica Medii Aevi 48. Hymnographi Latini. Lateinische Hymnedichter des Mittelalters.* Herausgegeben von C. Blume, G. M. Dreves. Leipzig: O. R. Reisland, 1905, 393, s. 424–425.)

## Slovní zásoba

**eburneus, a, um** – bělostný jako slonovina

**liliatus, a, um** – bílý jako lilie

**margarita, ae, f.** – perla

**candeo, ere, ui, –** být běloskvoucí, lesknout se

**pellicio, ere, lexi, lectum** – zlákat

**perimo, ere, emi, emptum** – zahubit

**implico, are, avi, atum** – ovíjet, zapléétat

**macula, ae, f.** – skvrna, hanba

**facula, ae, f.** – pochodeň

**nubecula, ae, f.** – mráček

**manna (neskoln. nebo ae, f.)**

**pluit, ere, pluit, –** původně pršet, přenes. hustě padat

**iugiter** – trvale

**ruo, ere, rui, rutum** – řítit se

**callidus, a, um** – lstivý

**noxious, a, um** – škodlivý

**solum, ii, n.** – trůn

**sidereus, a, um** – hvězdný

**supplex, plicis** – pokorný

**flagito, are, avi, atum** – usilovně žádat

**nanciscor, nancisci, nanctus sum** – dosáhnout

# **Jan z Jenštejna – De corpore Christi**

## **Hymnus**

1.

Ave, pascha sacrum,  
Sanguinis lavacrum,  
Manna, nectar rite  
Tu caelestis vitae.

2.

Salve, sacer panis,  
Deifice favus,  
Vera ferox vitis  
Spiritalis sitis.

3.

Iesu corpus, ave,  
Gustu praesuave,  
O memoriale  
Dulce, cordiale.

4.

Christi salve sanguis,  
Quem profudit anguis  
Cruce soporatus,  
Membris perforatus.

5.

Victus beatorum,  
Salus viatorum,  
Corda filiorum  
Reple tu tuorum.

6.

Flagrans odor mentis  
Es concupiscentis,  
Amoris ingentis,  
Indeficientis.

(*Analecta Hymnica Medii Aevi* 48. *Hymnographi Latini. Lateinische Hymnedichter des Mittelalters.* Herausgegeben von C. Blume, G. M. Dreves. Leipzig: O. R. Reisland, 1905, 401, s. 431.)

## Slovní zásoba

**deificus, a, um** – božský

**favus, i, m.** – plástev, med

**ferax, feracis (+gen.)** – bohatý, úrodný (na něco)

**gustus, us, m.** – chuť

**crux, crucis, f.** – kříž

**victus, us, m.** – potrava

**salus, utis, f.** – spása

**indeficiens, entis** – nevyčerpateLNÝ

## VIII. Světská lyrika

**1. Plena timorum distinctio.** Et quia de timore tractandi nobis occurrit locus, sciendum est quatuor esse timores, scilicet mundanum sive humanum, servilem, initialem, castum vel filialem sive amicalem. — Cassiodorus\*. Humanus timor est, ut ait Cassiodorus, quando „timemus pati pericula carnis vel perdere bona mundi“; propter quod delinquimus. Hic timor malus est, qui „in primo gradu cum mundo deseritur“; quem Dominus prohibet in Evangelio dicens: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus etc.* — Augustinus\*. Timor autem servilis est, ut ait Augustinus, „cum per timorem gehennae continet se homo a peccato“, „quo praesentiam iudicis et poenas metuit et timore facit, quidquid boni facit, non timore amittendi aeternum bonum, quod non amat, sed timore patiënti malum, quod formidat. Non timet, ne perdat amplexus pulcherrimi Sponsi, sed timet, ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor et utilis“, licet insufficiens; per quem „fit paulatim consuetudo iustitiae“. — Et succedit initialis timor, quando „incipit, quod durum erat amari“, et sic incipit „excludi servilis timor a caritate“. — Et succedit deinde timor castus sive amicalis, „quo timemus, ne sponsus tardet, ne discedat, ne offendamus, ne eo careamus. Timor iste de amore venit. Ille quidem servilis est utilis, sed non *permanens in aeternum* ut iste“. „Timor divinus comes est per omnes gradus“.

(Petrus Lombardus. *Sententiae in IV libris distinctae*. Ed. I. Brady. Grottaferrata: Ed. Collegii S. Bonaventurae ad Claras Aquas,

1971–1981, liber III, dist. XXXIV, cap. 4, s. 192–193. Spicilegium  
Bonaventurianum 4–5.)

## Slovní zásoba

**Spiritus, us, m.** – Duch

**tracto, are, avi, atum** – zabývat se, probírat, pojednávat  
**occurro, ere, curri, cursum** – namanout se, naskyttnout se  
**castus, a, um** – mravně čistý

**perdo, ere, didi, ditum** – zmařit, zničit

**contineo, ere, tinui, –** – držet na uzdě, zdržovat

**prohibeo, ere, ui, itum** – nepřipouštět, zakazovat

**formido, are, avi, atum** – hrozit se

**caritas, atis, f.** – láska

**amplexus, us, m.** – objetí

**paulatim** – pomalu

**tardo, are, avi, atum** – meškat

**aeternum, i, n.** – věčnost

**2. Collatio praedictorum.** Et attende, quod quatuor hic distinguuntur timores, cum supra Beda dixerit duos esse. Sed Beda humanum timorem praetermisit et nomine servilis duos, quos hic distinximus, complexus fuit, scilicet servilem et initialem. Amicalem vero castum dicit.

3. Augustinus quoque servilem et castum timorem aperte discernit, dum Epistolae ad Romanos illum locum exponit. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, ita dicens: „Duo timores hic insinuantur: unus, qui est in perfecta caritate, scilicet timor castus; alter, qui non est in caritate, id est servilis, in quo quamvis Deo credatur, non tamen in Deum; etsi bonum fiat, non tamen bene“. „Nemo enim invitus bene facit, etiamsi bonum est, quod facit“.

(Petrus Lombardus. *Sententiae in IV libris distinctae*. Ed. I. Brady. Grottaferrata: Ed. Collegii S. Bonaventurae ad Claras Aquas, 1971–1981, liber III, dist. XXXIV, cap. 4, s. 193–194. Spicilegium Bonaventurianum 4–5.)

## Slovní zásoba

**distinguo, ere, stinxi, stinctum** – rozlišovat

**praetermitto, ere, misi, missum** – pomíjet, vynechávat

**expono, ere, posui, positum** – vykládat

**insinuo, are, avi, atum** – oznámit, sdělit

**invitus, a, um** – proti vůli

# **Tomáš Akvinský – *Summa theologiae***

## ***Prima pars, Quaestio 1, Prooemium – O theologii (vymezení otázek)***

Et ut intentio nostra sub aliquibus certis limitibus comprehendatur, necessarium est primo investigare de ipsa sacra doctrina, qualis sit et ad quae se extendat. Circa quae quaerenda sunt decem. Primo: de necessitate huius doctrinae. Secundo: utrum sit scientia. Tertio: utrum sit una vel plures. Quarto: utrum sit speculativa vel practica. Quinto: de comparatione eius ad alias scientias. Sexto: utrum sit sapientia. Septimo: quid sit subiectum eius. Octavo: utrum sit argumentativa. Nono: utrum uti debeat metaphoricis vel symbolicis locutionibus. Decimo: utrum Scriptura sacra huius doctrinae sit secundum plures sensus exponenda. (...)

(*Sancti Thomae Aquinatis Summa theologiae. Prima pars.* Madrid: La Editorial Católica, 1956.)

## Slovní zásoba

**prooemium, ii, n.** – úvod, začátek

**intentio, onis, f.** – pozornost, záměr

**comprehendo, ere, prehendi, prehensum** – pevně uchopit,  
upevnit

**limes, itis, m.** – mez, hranice

**investigo, are, avi, atum** – bádat

**extendo, ere, tendi, tentum/tensem** – vztahovat se

**speculativus, a, um** – spekulativní

**practicus, a, um** – praktický

**subicio, ere, ieci, iectum** – podřaďovat

**locutio, onis, f.** – mluva, řeč

**Scriptura, ae, f. sacra** – Písma svaté

**sensus, us, m.** – smysl

## *Articulus 2 – Otázka, zda je teologie vědou*

q. 1 a. 2 arg. 1: Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod sacra doctrina non sit scientia. 1. Omnis enim scientia procedit ex principiis per se notis. Sed sacra doctrina procedit ex articulis fidei, qui non sunt per se noti, cum non ab omnibus concedantur, *non enim omnium est fides*, ut dicitur II Thess. 3. 2. Non igitur sacra doctrina est scientia.

arg. 2: Praeterea scientia non est singularium. Sed sacra doctrina tractat de singularibus, puta de gestis Abrahae, Isaac et Iacob et similibus. Ergo sacra doctrina non est scientia.

Sed contra est, quod Augustinus dicit, XIV De Trinitate, huic scientiae attribuitur illud tantummodo, quo fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. Hoc autem ad nullam scientiam pertinet nisi ad sacram doctrinam. Ergo sacra doctrina est scientia.

Respondeo dicendum sacram doctrinam esse scientiam. Sed sciendum est, quod duplex est scientiarum genus. Quaedam enim sunt, quae procedunt ex principiis notis lumine naturali intellectus, sicut arithmeticā, geometriā et huiusmodi. Quaedam vero sunt, quae procedunt ex principiis notis lumine superioris scientiae, sicut perspectiva procedit ex principiis notificatis per geometriam et musicā ex principiis per arithmeticā notis. Et hoc modo sacra doctrina est scientia, quia procedit ex principiis notis lumine superioris scientiae, quae scilicet est scientia Dei et beatorum. (...)

(*Sancti Thomae Aquinatis Summa theologiae. Prima pars.* Madrid: La Editorial Católica, 1956.)

## Slovní zásoba

**procedo, ere, cessi, cессум** – vycházet, postupovat

**articulus, i, m.** – článek

**fides, ei, f.** – víra

**concedo, ere, cessi, cессум** – připustit

**singularis, e** – týkající se jednotlivce, jednotlivý, jako subst.  
jednotlivost; non est

**singularium (gen. pl.)** – netýká se jednotlivostí

**tracto, are, avi atum** – zabývat se, pojednávat

**Trinitas, atis, f.** – sv. Trojice

**attribuo, ere, tribui, tributum** – přiřadit

**roboro, are, avi, atum** – posilovat

**pertineo, ere, tinui, -** – týkat se

**lumen, inis, n.** – světlo

**notifico, are, avi, atum** – učinit známým

## *Articulus 5 – Srovnání teologie s jinými vědami*

(...) q. 1 a. 5 ad 2: Ad secundum dicendum, quod haec scientia accipere potest aliquid a philosophicis disciplinis, non quod ex necessitate eis indigeat, sed ad maiorem manifestationem eorum, quae in hac scientia traduntur. Non enim accipit sua principia ab aliis scientiis, sed immediate a Deo per revelationem. Et ideo non accipit ab aliis scientiis tanquam a superioribus, sed utitur eis tanquam inferioribus et ancillis; sicut architectonicae utuntur subministrantibus, ut civilis militari. Et hoc ipsum, quod sic utitur eis, non est propter defectum vel insufficientiam eius, sed propter defectum intellectus nostri; qui ex his, quae per naturalem rationem (ex qua procedunt aliae scientiae) cognoscuntur, facilis manuducitur in ea, quae sunt supra rationem, quae in hac scientia traduntur.

*(Sancti Thomae Aquinatis Summa theologiae. Prima pars. Madrid: La Editorial Católica, 1956.)*

## Slovní zásoba

indigeo, ere, *gui*, – (+ abl. nebo gen.) – potřebovat (něco)

immediate – bezprostředně

revelatio, onis, f. – zjevení

ancilla, ae, f. – služka

architectonica, ae (*architeconice*, es), f. – architektura, umění  
stavět

militaris, e – vojenský

defectus, us, m. – nedostatek

insufficientia, ae, f. – nedostatečnost

# Filozofie

Jako jednoho z významných představitelů středověké filozofie lze uvést Anselma z Canterbury (Anselmus Cantuarensis, 1033/34–1109). Byl to italský benediktin, teolog a nakonec i arcibiskup v Canterbury.<sup>[70]</sup> Z jeho tvorby vybírám dílo *Proslogion* (= Oslovení), které sepsal pro řádové bratry a původně jej nazval *Fides quaerens intellectum*, což je výrok naprostě vystihující i obsah první ukázky. V ní se objevuje známý Anselmův výrok „*credo, ut intelligam*“, který se také někdy používá pro popis jeho filozofického či teologického programu. Další dvě ukázky jsou již aplikací tohoto programu a Anselmova zdůraznění jak víry, tak i rozumu. Jedná se o výňatky z Anselmova důkazu Boží existence (rovněž z díla *Proslogion*) a o alespoň krátkou demonstraci toho, jak Anselm hledá tzv. *unum argumentum* Boží existence.<sup>[71]</sup>

Další ukázka pochází z tvorby Rogera Bacona (Rogerus Bacon, kolem 1214–1292). Byl to anglický filozof, teolog, přírodovědec.<sup>[72]</sup> *Opus maius* a *Opus tertium*, z něhož jsem vybrala ukázku pro další kapitolu, napsal pro papeže Klementa IV.<sup>[73]</sup> Ukázka z *Opus maius* dokládá důležitost zkušenosti a především samotného experimentu v procesu poznávání.

---

[70] Mráz, M. – Vidmanová, A. *Anselmus Cantuarensis*. In SLS, s. 94.

[71] Heinzmann, R. *Středověká filosofie*. Olomouc: Nakladatelství Olomouc, 2000, s. 170–175. ISBN 80-7182-105-5.

[72] Floss, P. *Bacon Roger*. In *Filosofický slovník*, s. 42.

[73] Mráz, M. *Rogerus Bacon*. In SLS, s. 507.

# Anselm z Canterbury – *Proslogion*

## *Cap. 1 – Věřím, abych porozuměl*

(...) Fateor, Domine, et gratias ago, quia creasti in me hanc imaginem tuam, ut tui memor te cogitem, te amem. Sed sic est abolita attritione vitiorum, sic est offuscata fumo peccatorum, ut non possit facere, ad quod facta est, nisi tu renoves et reformes eam. Non tento, domine, penetrare altitudinem tuam, quia nullatenus comparo illi intellectum meum; sed desidero aliquatenus intelligere veritatem tuam, quam credit et amat cor meum. Neque enim quaero intelligere, ut credam, sed credo, ut intelligam. Nam et hoc credo: quia nisi credidero, non intelligam.

(Anselmus Cantuarensis. Proslogion. In *S. Anselmi Cantuariensis achiepiscopi Opera omnia*. Vol. I. Ed. F. S. Schmitt. Edinburg: apud Thomam Nelson et filios, 1946, s. 100.)

## Slovní zásoba

**fateor, eri, fassus sum** – vyznávat

**quia** – že

**cogito, are, avi, atum (+ak.)** – pomýšlet (na něco), přemýšlet;

Anselm byl přesvědčen, že člověk se nesmí svým úvahám vyhýbat

**aboleo, ere, evi, itum** – vymazávat z paměti

**attritio, onis, f.** – odírání, ničení

**vitium, ii, n.** – hřích, nectnost

**offusco, are, avi, atum** – zatemňovat

**altitudo, inis, f.** – výšina, vznešenosť

**nullatenus** – nijak

**intellectus, us, m.** – porozumění

**quaero, ere, sivi, itum** – chtít, snažit se

## *Cap. 2 – Nutnost Boží existence*

(...) Et quidem credimus te esse aliquid, quo nihil maius cogitari possit. (...) Nam cum pictor praecogitat, quae facturus est, habet quidem in intellectu, sed nondum intelligit esse quod nondum fecit. (...) Convincitur ergo etiam insipiens esse vel in intellectu aliquid, quo nihil maius cogitari potest, quia hoc, cum audit, intelligit et quidquid intelligitur, in intellectu est. Et certe id, quo maius cogitari nequit, non potest esse in solo intellectu. Si enim vel in solo intellectu est, potest cogitari esse et in re; quod maius est. Si ergo id, quo maius cogitari non potest, est in solo intellectu: id ipsum, quo maius cogitari non potest, est, quo maius cogitari potest. Sed certe hoc esse non potest. Existit ergo procul dubio aliquid, quo maius cogitari non valet, et in intellectu et in re.

(Anselmus Cantuarensis. Proslogion. In *S. Anselmi Cantuariensis achiepiscopi Opera omnia*. Vol. I. Ed. F. S. Schmitt. Edinburg: apud Thomam Nelson et filios, 1946, s. 101–102.)

## Slovní zásoba

**quo** – v ablativu srovnávacím

**cogito, are, avi, atum** – myslit

**pictor, oris, m.** – malíř

**praecogito, are, avi, atum** – napřed promyslet, rozmyslet si

**nondum** – ještě ne

**vel** – již, aspoň

**procul dubio** – jistě, beze vší pochybnosti

## *Cap. 3 – Nelze myslet, že Bůh není*

(...) Sic ergo vere est aliquid, quo maius cogitari non potest, ut nec cogitari possit non esse. Et hoc es tu, domine deus noster. Sic ergo vere es, domine, deus meus, ut nec cogitari possis non esse. Et merito. Si enim aliqua mens posset cogitare aliquid melius te, ascenderet creatura super creatorem et iudicaret de creatore; quod valde est absurdum. Et quidem quidquid est aliud praeter te solum, potest cogitari non esse. (...)

(Anselmus Cantuarensis. Proslogion. In *S. Anselmi Cantuariensis achiepiscopi Opera omnia*. Vol. I. Ed. F. S. Schmitt. Edinburg: apud Thomam Nelson et filios, 1946, s. 103.)

## Slovní zásoba

**merito** – zaslouženě, právem

**ascendo, ere, scendi, scensum** – vyvýšit se

**creatura, ae, f.** – stvoření

**creator/Creator, oris, m.** – Stvořitel

**absurdus, a, um** – nesmyslný

# Roger Bacon – *Opus maius*

## Pars sexta – De scientia experimentali

Cap. 1: (...) nunc volo revolvere radices a parte Scientiae Experimentalis, quia sine experientia nihil sufficienter scire potest. Duo enim sunt modi cognoscendi, scilicet per argumentum et experimentum. Argumentum concludit et facit nos concedere conclusionem, sed non certificat neque removet dubitationem, ut quiescat animus in intuitu veritatis, nisi eam inveniat via experientiae; quia multi habent argumenta ad scibilia, sed quia non habent experientiam, negligunt ea nec vitant nociva nec persequuntur bona. Si enim aliquis homo, qui nunquam vidit ignem, probavit per argumenta sufficientia, quod ignis comburit et laedit res et destruit, nunquam propter hoc quiesceret animus audientis, nec ignem vitaret, antequam poneret manum vel rem combustibilem ad ignem, ut per experientiam probaret, quod argumentum edocebat. Sed assumpta experientia combustionis certificatur animus et quiescit in fulgore veritatis. Ergo argumentum non sufficit, sed experientia.

(*The ‘Opus maius’ of Roger Bacon*. Vol. II. Ed. J. H. Bridges. Oxford: Clarendon Press, 1897, s. 167–168.)

## Slovní zásoba

- radix, radicis, f. – kořen  
experientia, ae, f. – zkouška, pokus  
sufficienter – dostatečně  
conclusio, onis, f. – závěr  
certifico, are, avi, atum – utvrdit  
dubitatio, onis, f. – váhání, nejistota  
intuitus, us, m. – pohled  
scibilis, e – poznatelný, přístupný vědění  
probo, are, avi, atum – dovozovat  
comburo, ere, ussi, ustum – spálit  
vito, are, avi, atum – vyhýbat se  
combustibilis, e – hořlavý  
assumo, ere, sumpsi, sumptum – přibírat  
combustio, onis, f. – spálení  
sufficio, ere, feci, fectum – stačit

# **Alchymie**

Stejně jako v předchozí kapitole i zde uvádím ukázku z díla Rogera Bacona, tentokrát z jeho *Opus tertium*. Bacon v tomto textu uvažuje o předmětu, užitečnosti a dělení alchymie.

## **Roger Bacon – *Opus tertium***

### ***Cap. 12 – Předmět alchymie a její význam***

Sed alia est scientia, quae est de rerum generatione ex elementis et de omnibus rebus inanimatis: ut de elementis et de humoribus simplicibus et compositis; de lapidibus communibus, gemmis, marmoribus; de auro et caeteris metallis; de sulphuribus et salibus et atramentis; de azurio et minio et caeteris coloribus; de oleis et bituminibus ardentibus et aliis infinitis, de quibus nihil habemus in libris Aristotelis; nec naturales philosophantes sciunt de his, nec totum vulgus Latinorum. Et quia haec scientia ignoratur a vulgo studentium, necesse est, ut ignorent omnia, quae sequuntur de rebus naturalibus; scilicet de generatione animatorum, ut vegetabilium et animalium et hominum; quia ignoratis prioribus necesse est ignorari, quae posteriora sunt. Generatio enim hominum et brutorum et vegetabilium est ex elementis et humoribus et communicat cum generatione rerum inanimatarum. Unde propter ignorantiam istius scientiae non potest sciri naturalis philosophia vulgata, nec speculativa medicina, nec per consequens practica.

(Roger Bacon. Opus tertium. In *Fr. Rogeri Bacon Opera quae-dam hactenus inedita*. Vol. I. Ed. J. S. Brewer. London: Longman, Green, Longman and Roberts, 1859, s. 39.)

## Slovní zásoba

generatio, onis, f. – vznik

elementa, orum, n. – prvky; srov. např. vývoj představ  
v antické filozofii

lapis, idis, m. – kámen

gemma, ae, f. – drahokam

metallum, i, n. – kov

sulphur, uris, n. – síra

sal, salis, m. – sůl

atramentum, i, n. – černidlo (skalice modrá)

minium, ii, n. – surová rumělka, později i suřík, kterým se  
rumělka nahrazovala

vegetabilis, e – rostlinný; vegetabilia, ium, n. – rostliny

brutus, a, um – nerozumný, přenes. zvíře

## *Dělení alchymie a další doklad její užitečnosti*

(...) et haec scientia est alkimia speculativa, quae speculatur de omnibus inanimatis et tota generatione rerum ab elementis. Est autem alkimia operativa et practica, quae docet facere metalla nobilia et colores et alia multa melius et copiosius per artificium, quam per naturam fiant. Et hujusmodi scientia est major omnibus praecedentibus, quia maiores utilitates producit. Nam non solum expensas et alia infinita reipublicae potest dare, sed docet invenire talia, quae vitam humanam possunt prolongare in multa tempora, ad quae per naturam produci potest. Sed nos morimur citius longe, quam deberemus, et hoc propter defectum regiminis sanitatis a juventute et propter hoc, quod patres nostri dant nobis complexionem corruptam, propter eundem defectum regiminis sui; unde senectus citius contingit et mors ante terminos, quos Deus constituit nobis.

(Roger Bacon. Opus tertium. In *Fr. Rogeri Bacon Opera quae-dam hactenus inedita*. Vol. I. Ed. J. S. Brewer. London: Longman, Green, Longman and Roberts, 1859, s. 40.)

## Slovní zásoba

alkimia (= alchymia), ae, f. – alchymie; výraz alkimia (rovněž alquimia, alchimia, alchemia), pocházející z arabštiny, se začal v evropském prostředí používat ve 12. st.<sup>[74]</sup>

specular, ari, atus sum – zkoumat

operativus, a, um – tvořivý

artificium, ii, n. – umění, nauka

praecedo, ere, cessi, cессum – předcházet

invenio, ire, veni, ventum – (vy)náležat

defectus, us, m. – nedostatek

sanitas, atis, f. – zdraví

complexio, onis, f. – tělesná konstituce

---

[74] Haage, B. D. *Středověká alchymie*. Přel. R. Fialová. Praha: Vyšehrad, 2000, s. 13–14. ISBN 80-7021-471-6.

# **Septem artes liberales**

Svobodná umění (*artes liberales*) měla významné postavení již v antice (srov. např. Marcus Terentius Varro – *Disciplinae* z 2.–1. st. př. Kr.). Pojem *ars* v antice a poté ani ve středověku neznamenal umění v dnešním slova smyslu, ale znamenal nauku, která vymezuje úzká pravidla. Boëthius rozdělil svobodná umění, jejichž počet se na sklonku antiky ustálil na sedmi, do dvou skupin – na tzv. trivium (rétorika, gramatika, dialektika) a kvadrivium (matematika, geometrie, astronomie, musika). Významně ovlivnil vývoj a popularizaci *artes* také na počátku 5. st. Martianus Minneius Capella Felix svým dílem *De nuptiis Philologiae et Mercurii*, do něhož zahrnul sedm svobodných umění jako celek a dovedl výklad o nich do takové podoby, která se stala výchozí pro středověké autory včetně Isidora ze Sevilly (Isidorus Hispalensis, mezi 560 a 570–636),<sup>[75]</sup> z jehož velkolepého encyklopedického díla *Etymologie* budou následovat ukázky. V nich Isidor vysvětluje názvy a popisuje obsah jednotlivých umění. Isidor na tomto díle, v němž se svobodnými uměními zabývá v prvních třech knihách, pracoval několik desítek let. Na konci života jej předal, ačkoli stále nespokojen, ke korektuře blízkému příteli biskupu Braulionovi, který text rozčlenil do dvaceti knih.<sup>[76]</sup> V tomto krátkém přehledu však nesmím pro toto období opomenout zmínit ještě jednoho Isidorova předchůdce – Cassiodora – jehož *Institutiones divinarum et saecularum litte-*

---

[75] Vše úvod J. Kalivody k vydání Isidor ze Sevilly. *Etymologiae I-III*. Přel. D. Korte, Praha: Oikoymenh, 2000, s. 39–40. A. Vidmanová v SLS na s. 337 uvádí rok narození 561.

[76] Tamtéž, s. 27.

*rarum* představují první křesťanskou příručku církevních věd a laických artes.<sup>[77]</sup>

---

[77] Curtius, E. R. *Evropská literatura a latinský středověk*. Praha: Triáda, 1998, s. 50–53. ISBN 80-86138-07-0.

# Isidor ze Sevilly – *Etymologiae*

## Liber I/1 – De grammatica

Grammatica est scientia recte loquendi et origo et fundamen-  
tum liberalium litterarum. Haec in disciplinis post litteras  
communes inventa est, ut iam qui didicerant litteras, per eam  
recte loquendi rationem sciant. Grammatica autem a litteris no-  
men accepit. Γράμματα enim Graeci litteras vocant. Ars vero  
dicta est, quod artis praceptis regulisque consistat. Alii dicunt  
a Graecis hoc tractum esse vocabulum ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est  
a virtute, quam scientiam vocaverunt.

(*Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX.*  
Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911,  
Liber I/1; pozn. edice nemá strany.)

## Slovní zásoba

**litterae, arum, f.** – nauky, vzdělanost, učenost

**ratio, onis, f.** – způsob

**praeceptum, i, n.** – návod

**consisto, ere, stiti, –** – zakládat se (na něčem)

**traho, ere, traxi, tractum** – přejímat, přisvojit si

## Liber II/1 – De rhetorica eiusque nomine

Rhetorica est bene dicendi scientia in civilibus quaestionibus, [eloquentia copia] ad persuadendum iusta et bona. Dicta autem rhetorica Graeca appellatione ἀπὸ τοῦ ῥήτορίζειν, id est a copia locutionis; ῥῆσις enim apud Graecos locutio dicitur, ῥήτωρ orator. Coniuncta est autem Grammaticae arti Rhetorica. In Grammatica enim scientiam recte loquendi discimus; in Rhetorica vero percipimus, qualiter ea, quae didicimus, proferamus.

(*Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX.*  
Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911.  
Liber II/1.)

## Slovní zásoba

quaestio, onis, f. – vyšetřování, případ

coniungo, ere, iunxi, iunctum – spojit

percipio, ere, cepi, ceptum – učit se, poznávat

profero, ferre, tuli, latum – mluvit, říkat, citovat

## Liber II/22 – De dialectica

Dialectica est disciplina ad disserendas rerum causas inventa. Ipsa est philosophiae species, quae Logica dicitur, id est rationalis definiendi, quaerendi et disserendi potens. Docet enim in pluribus generibus quaestionum, quemadmodum disputando vera et falsa diiudicentur. Hanc quidam primi philosophi in suis dictionibus habuerunt, non tamen ad artis redigere peritiam. Post hos Aristoteles ad regulas quasdam huius doctrinae argumenta perduxit et Dialecticam nuncupavit pro eo, quod in ea de dictis disputatur. Nam λεκτόν dictio dicitur. Ideo autem post Rheticam disciplinam Dialectica sequitur, quia in multis utraque communia existunt.

(*Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX.*  
Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911.  
Liber II/22.)

## Slovní zásoba

**dissero, ere, serui, sertum** – rozebírat (řečí), vykládat (podle pravidel logiky)

**species, ei, f.** – druh

**quaero, ere, sivi, situm** – vyhledávat, dotazovat se, zkoumat  
**quemadmodum** – jak, kterým způsobem

**disputo, are, avi, atum** – rozvažovat, hovořit, rozebírat

**dijudico, are, avi, atum** – rozeznávat

**dictio, onis, f.** – promluva, přednáška, přednášení (obhajoba)

**habeo, ere, ui, itum** – ovládat

**nuncupo, are, avi, atum** – nazývat

## Liber III/praeфatio – De mathematica

Mathematica Latine dicitur doctrinalis scientia, quae abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas est, quam intellectu a materia separantes vel ab aliis accidentibus, ut est par, inpar, vel ab aliis huiuscemodi in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt quattuor: id est Arithmetica, Musica, Geometria et Astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Musica est disciplina, quae de numeris loquitur, qui inveniuntur in sonis. Geometria est disciplina magnitudinis et formarum. Astronomia est disciplina, quae cursus caelestium siderum atque figuras contemplatur omnes atque habitudines stellarum.

(*Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX.*  
Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911.  
Liber III/praeфatio.)

## Slovní zásoba

**doctrinalis, e** – teoretický; srov. **doctrina, ae, f.**

**considero, are, avi, atum** – rozvažovat

**accidens, entis** – nahodilý, naskytující se smyslům; ve

filozofické terminologii se na základě tohoto významu

běžně překládá jako akcident nebo případek

(od **accido, ere, cidi** – přihodit se, připadnout)

**par, paris** – sudý

**tracto, are, avi, atum** – zabývat se, probírat

**ratiocinatio, onis, f.** – úsudek

**numerabilis, e** – (s)počitatelný

**sonus, i, m.** – zvuk, tón

**sidus, sideris, n.** – souhvězdí, hvězda

**contemplor, ari, atus sum** – pozorovat

**stella, ae, f.** – hvězda

# **Právo**

Ukázky z oblasti práva pocházejí z brněnské právní knihy. První ukázka je výňatkem ze souboru privilegií, konkrétně z úvodního privilegia českého krále Václava I. z ledna r. 1243 pro město Brno, které je považováno za nejstarší obsáhlý soubor městského práva v českých zemích.<sup>[78]</sup> Druhá ukázka pochází z druhé části právní knihy, tj. z jejího jádra.

## ***Právní kniha města Brna (z pol. 14. st.)***

### ***Iura originalia – o dokazování vraždy***

(3) Si autem homicida deprehensus fuerit in ipso actu cum gladio cruentato et si iudex hoc probare poterit cum sex idoneis ac honestis personis et uno iurato, capite puniatur; si vero iudex predictas personas non habuerit ad probandum, probet metrictus, duobus videlicet iuratis et aliis duobus honestis viris, ita ut de predictis sex viris vel de quatuor sequentibus nullus inimicus vel emulus extiterit interfectoris, capite puniatur.

(*Právní kniha města Brna z poloviny 14. století* I. Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 142–143. ISBN 80-7029-041-2.)

---

[78] *Iura originalia civitatis Brunensis. Privilegium českého krále Václava I. z ledna roku 1243 pro město Brno*. Ed. M. Flodr. Brno: SNIP, 1993, s. 29. ISBN 80-85765-01-2.

## Slovní zásoba

homicida, ae, m. – vrah

deprehendo, ere, hendi, hensum – chytit

cruentatus, a, um – krvavý, zkrvavený

probo, are, avi, atum – dokázat

iuratus, a, um – vázaný přísahou

predico, ere, dixi, dictum – předesílat, napřed se zmiňovat

emulus = aemulus, a, um – soupeřivý, závistivý

## *Iura originalia – o potrestání vraha, který se nedostavil k soudu*

(4) Si autem homicida legitimis citatus edictis coram iudicio non comparuerit, iudex eum proscriptum denunciet et prima pars bonorum suorum iudici, altera pars actoribus, tercia vero cedat liberis et uxori; verum si liberis et uxore careat homicida, qui proscriptione dampnatur, prima pars bonorum suorum iudici, altera pars actoribus, tercia vero ecclesiis egentibus et ad vias reformandas de communi consilio impendatur.

(*Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I. Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 143. ISBN 80-7029-041-2.*)

## Slovní zásoba

**edictum, i, n.** – nařízení

**compareo, ere, parui, –** – ukazovat se, objevovat se

**proscribo, ere, scripsi, scriptum** – vyhlásit někoho za psance

**denuncio = denuntio, are, avi, atum** – veřejně vyhlásit, oznámit

**actor, oris, m.** – žalobce

**impendo, ere, endi, ensum** – vynakládat

## ***Iura originalia – délka vrahova vyhnanství***

(5) Igitur, quicumque pro homicidio in proscriptionem devenerit, in ipsa per annum et diem omnium interventu destitutus et auxilio permanebit. Decrevimus eciam, ut quicumque propter homicidium dampnetur exilio, finito anno et die nequam civitatem intrabit, antequam marcam argenti civitati assignet.

(*Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I. Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 143. ISBN 80-7029-041-2.*)

## Slovní zásoba

**interventus, us, m.** – zásah, přímluva

**destituo, ere, stitui, stitutum** – zbavovat, připravovat (o něco)

**marca, ae, f.** – hřivna

**assigno, are, avi, atum** – dát

## *Iura originalia – o odplatě za zranění*

(9) Nunc de vulneribus duximus adnectendum. Si quis civium alicui manum amputaverit vel pedem aut nasum aut aliquod [nobile] membrum abstulerit, iudici pro pena quinque talenta solvet, passo dampnum [X talenta] componet; si vero, qui dampnum fecit, denarios habere non poterit, secundum legem iudicetur de ipso: oculum pro oculo, manum pro manu et sic de ceteris membris; si fieri vult inculpabilis, probet innocenciam suam metsecundus probabilium virorum et uno iurato; et si non poterit hos habere, probet metseptimus probabilium virorum et liber sit.

(*Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I.* Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 143. ISBN 80-7029-041-2.)

## Slovní zásoba

adnecto, ere, nexui, **nexum** – připojovat

amputo, are, avi, **atum** – uřezat, useknout

pes, **pedis**, m. – noha

nasus, i, m. – nos

talentum, i, n. – talent

solvo, ere, solvi, **solutum** – zaplatit

dampnum = **damnū**, i, n. – pokuta, ztráta, škoda

probabilis, e – spolehlivý, důvěryhodný

## *Sentencie subscripte in diversis locis – jaký má být soudce*

Iudex in officio suo non debet esse gravis hominibus et onerosus.

Debet eciam esse a violencia et a cupiditate remotus, eo quod violencia est legibus inimica et accepcio munera est prevaricacio veritatis.

In iudice eciam non debet ira et furor, sed tantum racio dominari. Non enim ira viri dei iusticiam operatur. Unde nichil debet iudex iudicare furoris tempore, sed cum est in mentis tranquillitate. Nam restringenda est sub ratione potestas, nec quietquam agendum, priusquam mens commota ad quietem redeat, et quod commocionis tempore iustum putat esse omne, quod facit.

Debet quoque iudex incompositos disciplinare et precipue noctis tempore ad intercipiendum furta et maleficia cum sua familia civitatem hinc inde per transeundo custodire, ad quod iurati eorum sibi prebebunt auxilium cum effectu.

(*Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I.* Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 280–281. ISBN 80-7029-041-2.)

## Slovní zásoba

officium, ii, n. – úřad, zaměstnání

onerosus, a, um – despotický

munus, eris, n. – dar

prevaricatio = praevericatio, onis, f. – prohřešení, porušení  
povinnosti

dominor, ari, atus sum – vládnout, panovat

operor, ari, atus sum – dělat

tranquillitas, atis, f. – klid

commotus, a, um – podrážděný, rozčilený

incomposite, a, um – v nepořádku, bez pravidel

disciplino, are, avi, atum – kárat, trestat

intercipio, ere, cepi, ceptum – zachytit, přerušit, zamezit

# Lékařství

Křišťan z Prachatic (Cristannus de Prachaticz, před 1370–1439) byl děkanem a rektorem Karlovy univerzity, astronomem, matematikem, lékařem, farářem a kazatelem kostela sv. Michala na Starém Městě v Praze.<sup>[79]</sup> Náležející ukázku vybírám z jeho lékařského díla, v němž pojednává o problematice pouštění krve – *De sanguinis minucione*. Tento traktát je napsán podle schématu, které bylo při zpracování této tematiky obvyklé, a obsahuje tedy oddíl o samotné flebotomii (a hematoskopii), o pouštění krve pomocí baněk a pomocí pijavic.<sup>[80]</sup>

---

[79] Vidmanová, A. Cristanus de Prachaticz. In SLS, s. 200–201.

[80] H. Florianová-Miškovská v úvodu knihy *Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione*. Pragae: Oikoymenh, 1999, s. XVI. ISBN 80-86005-68-2.

# Křišťan z Prachatic – *De sanguinis minucione*

In nomine Domini amen. Quia multitudo hominum utriusque sexus solet sepius facere venarum apercione pro sanguinis minucione et nescientes nec observantes ea, que necessario requiruntur ad debitam et bonam sanguinis minucionem, quapropter non erit inutile sentencias tam medicorum, quam astronomorum de hac materia scribencium in unum compendium comportare. Et quia triplici modo solet fieri venarum apercio pro sanguinis minucione, scilicet per fleubotomiam tantum vel cum ventosis aut cum sanguisugis, de hoc ergo triplici modo est dicendum. (...)

(*Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione.* Ed. H. Florianová-Miškovská. Pragae: Oikoymenh, 1999, s. 2. ISBN 80-86005-68-2.)

## Slovní zásoba

apercio (apertio), onis, f. – otevření  
vena, ae, f. – žíla  
minucio, onis, f. + sanguinis – pouštění krve  
requiro, ere, quisivi, situm – požadovat  
quapropter – a proto  
triplex, plicis – trojité  
fleubotomia (flebotomia, phlebotomia), ae, f. – naříznutí žíly;  
z řec. φλέψ = žíla a τέμνω = řežu; srov. Isidorovu definici  
skalpelu k naříznutí žíly: „Phlebotomum ab incisione  
vocatum, nam incisio Graece τομή dicitur.“<sup>[81]</sup>  
ventosa, ae, f. – lékařská baňka; s jejich pomocí nebo s pomocí  
pijavic se odstraňovala  
krev z malých žil<sup>[82]</sup>  
sanguisuga, ae, f. – pijavice; srov. sanguis, sanguinis, m. – krev  
+ sugo, sugere, suxi,  
suctum – sát

---

[81] *Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX.* Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911. Liber IV/11. Řec. výrazy např.: Liddell, H. G. – Scott, R. *Greek-English Lexicon*. New York: Harper & Brothers, 1883, s. 1540 a 1682. Na tuto etymologii upozorňuje H. Florianová-Miškovská (*Cristannus de Prachaticz*, s. 112–113, pozn. 184).

[82] Tamtéž, s. 11, pozn. 2.

## **De primo principali, scilicet quid sit flebotomia**

Quantum ad primum, scilicet quid sit flebotomia, est dicendum, quod flebotomia non est aliud nisi artificialis venarum recta incisio pro sanguinis superflui aut corrupti moderata efusione. Et a medicis sic describitur: Flebotomia est evacuacio universalis corporis humani. Ly evacuacio ponitur hic pro genere, quia extendit se ad omnium humorum in corpore humano generatorum evacuacionem, scilicet sanguinis, colere, flegmatis et melancolie. (...)

(*Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione.* Ed. H. Florianová-Miškovská. Pragae: Oikoymenh, 1999, s. 4. ISBN 80-86005-68-2.)

## Slovní zásoba

principale, is, n. – hlavní bod

artificialis, e – umělý, odborný

incisio, onis, f. – řez, říznutí

superfluus, a, um – nadbytečný

efusio = effusio, onis, f. – vylévání

ly – slovo, výraz

humor (umor), oris, m. – tekutina

colera (cholera), ae, f. – žluč

flegma (phlegma), atis, n. – hlen, sliz (slizovitá tekutina)

melancholia, ae, f. – černá žluč

## **De secundo principali, scilicet per quem, qualiter et quo modo debet fieri flebotomia.**

Quantum ad secundum principale, scilicet per quem, qualiter vel quo modo debet fieri talis flebotomia, hic dicitur, quod fieri debet per minutorem in arte hac bene doctum et expertum, qui sciat cum flebotomo venam aperiendam secundum eius longitudinem et non secundum latitudinem caute tangere et apperire non cespitando nec venam totaliter perforando, et hoc ideo, ne arteriam aut nervum aut musculum, qui circa et subtus venis sunt, vulneret et offendat, quia ex tali vulneracione posset quandoque ipse minuens periculum non modicum incurrere vel subitam mortem.

(*Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione.* Ed. H. Florianová-Miškovská. Pragae: Oikoymenh, 1999, s. 10–12. ISBN 80-86005-68-2.)

## Slovní zásoba

minutor, oris, m. – lékař, který pouští žilou

fleobotomus (phlebotomus), i, m. – skalpel (speciálně na  
pouštění žilou)

cespito = caespito, are – klopýtnout, chybovat

perforo, are, avi, atum – prorazit, zde: proříznout

arteria, ae, f. – tepna

nervus, i, m. – nerv, šlacha

musculus, i, m. – sval

subtus – vespod, zespod

## **De cognitione sanguisugarum**

Quantum ad primum, eligantur sanguisuge de aqua clara, non de lutosa, que carent multa limositate, que in ventre tendunt aliqualiter ad colorem epatis et in dorso sunt virides habentes virgulas rubeas longas et graciles et parva capita. Et caveatur ab eis, que sunt nigre supra dorsum et precipue que habent maculas rubeas in ventre, quia tales sunt venenose.

(*Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione.* Ed. H. Florianová-Miškovská. Pragae: Oikoymenh, 1999, s. 96. ISBN 80-86005-68-2.)

## Slovní zásoba

- eligo, ere, legi, lectum** – vybírat  
**lutosus, a, um** – zakalený, plný bahna, bláta  
**limositas, atis, f.** – bahnitost, zákal  
**epar (hepar), (h)epatis, n.** – játra  
**dorsum, i, n.** – záda  
**viridis, e** – zelený  
**virgula, ae, f.** – čára, pruh  
**macula, ae, f.** – skvrna  
**venenosus, a, um** – jedovatý

# Zoologie

Hildegarda z Bingen (Hildegardis Bingensis, 1098–1179) byla německou vizionářkou, byla vzdělána v benediktinském klášteře v Disibodenbergu a později se stala jeho představenou; je zakladatelkou kláštera Rupertsberg u Bingen. Je autorkou rozsáhlé korespondence, ale také např. přírodovědných spisů.<sup>[83]</sup> Ukázku vybírám z šesté knihy jejího přírodovědného díla *Physica*, v níž se věnuje ornitologii.

---

[83] Vše Vidmanová, A. Hildegardis Bingensis. In SLS, s. 291–291.

# Hildegarda z Bingen – *Physica, liber VI – De avibus*

## *Cap. 22 – O krkavci*

Corvus plus calidus quam frigidus est et quasi in medio aeris volat. Et astutus est et audax et non timet atque hominem non multum fugit nec eum timet, sed voces hominis interdum imitatur, ita quod etiam faciliter cum eo loqueretur, et scientiam fere ad hoc haberet, nisi quod irrationale animal est. Et quia hominem cognoscit, ideo etiam multociens ea rapit, que homo apud se habet. Et caro eius homini ad comedendum contraria est. (...) quedam enim et naturam fere secundum mores latronum et furum et libidinosorum hominem et etiam aliorum vitiorum habet.(...)

(Hildegard von Bingen. *Physica*. Band 1. Hrsg. von R. Hildebrandt, T. Gloning. Berlin, New York: De Gruyter, 2010, VI/22, s. 304. ISBN 978-3-11-021589-2.)

## Slovní zásoba

**corvus, i, m.** – krkavec; konkrétně se však termín užívá jak pro označení krkavce velkého (*C. corax*), tak i pro označení havrana polního (*C. frugilegus*)<sup>[84]</sup>

**astutus, a, um** – vychytralý

**multociens = multotiens** – často

**rapio, ere, ui, tum** – urvat, odvléct, ukradnout; krkavec

a havran byli ve středověku považováni za nečisté, protože se často živili mrtvolami, zlodějské sklonky jsou však ve skutečnosti typické spíše pro další zástupce čeledi krkavcovitých

---

[84] Za věcné komentáře k ornitologii a symbolice v této kapitole děkuji Janě Fuksové, která připravila český překlad 6. knihy Hildegardina díla *Physica* pod názvem *Ptačí medicína* (vyšlo v nakladatelství Academia Praha 2013. ISBN 978-80-200-2302-5.).

## *Cap. 30 – O holubici*

Columba plus frigida est quam calida et mane diei, id est primum ortum eius, quod temperate gelidum est, plus diligit quam calorem. Et simplex est et timida, et ideo cum multitudine volat, ut tanto minus ab aliis volucribus ledatur. Et quoniam frigida est, facile esurit et cibus in ea ita non incalescit ut in alio alite, et idcirco cito esurit et plus quam aliis ales sue magnitudinis comedit. Et caro eius non est firma, sed aliquantum arida, nec multum sucum homini tribuit et sano homini ad cibum non multum prodest, etiamsi ei non obest. Infirmum, qui in corpore defecit, comesta ledit.

(Hildegard von Bingen. *Physica*. Band 1. Hrsg. von R. Hildebrandt, T. Gloning. Berlin, New York: De Gruyter, 2010, VI/29, s. 306.)

## Slovní zásoba

- columba, ae, f.** – holubice; simplex et timida – běžná epiteta  
spjatá s holubicí; holubice se objevuje rovněž v hagiografii,  
a to jako symbol světcovy ctnosti
- temperate** – uměřeně, mírně
- gelidus, a, um** – chladný, studený
- calor, oris, m.** – horko
- volucris, is, f. (zřídka m.)** – spec. pták, avšak obecně létavec,  
okřídlenec (např. u Ovidia včely); srov. adj. volucher, cris,  
cre – okřídlený, létavý, létající nebo volo,
- are, avi, atum** – létat
- esurio, ire, ivi/ii, –** – mít hlad
- ales, alitis, m./f.** – pták, okřídlenec; srov. adj. ales, itis –  
okřídlený nebo ala, ae, f. –
- křídlo**
- aridus, a, um** – vysušený, suchý
- sucus, i, m.** – šťáva

# Zkratky a slovníky

## *Zkratky v bibliografických odkazech*

CE = *The Catholic Encyclopedia*

SLS = *Slovník latinských spisovatelů*

## *Slovníky*

Při práci se středolatinskými texty se používají slovníky středověké i klasické latiny, řada z nich je dnes dostupná online. Pro práci se středolatinskými texty mohu obecně vzato doporučit následující dobře dostupné slovníky, které jsem využila i při sestavování slovníčku. Se slovníky označenými symbolem \* je možné díky *Brepols Publishers* pracovat i v rámci *Database of Latin Dictionaries*. Tato databáze je přístupná prostřednictvím portálu *Litterae ante portas* z: <[litterae.phil.muni.cz](http://litterae.phil.muni.cz)> a obsahuje ještě další slovníky. Portál rovněž umožňuje přístup k elektronické verzi slovníku *Thesaurus linguae Latinae*.

Blaise, A. *Dictionnaire latin-français des auteurs chrétiens*. Strasbourg: Le latin chrétien, 1954.\*

Blaise, A. *Lexicon Latinitatis medii aevi*. Turnholti: Brephols, 1975.\*

- Du Cange.<sup>[85]</sup> *Glossarium mediae et infimae latinitatis*. T. I–VIII.  
Parisiis: Firmin Didot fratres, 1883–1887.\*
- Forcellini, A. *Totius latinitatis lexicon*. Prati: Aldina Edente, 1861.\*
- Graesse, J. G. T. *Orbis Latinus oder Verzeichnis der wichtigsten lateinischen Orts- und Ländernamen*. Berlin: Transpress Verl. für Verkehrswesen, 1980.<sup>[86]</sup>
- Latinitatis medii aevi lexicon Bohemorum* Praha: Academia nebo KLP; jednotlivé díly vycházejí od r. 1977.
- Lewis, C. T. – Short, Ch. *A Latin Dictionary*. Oxford: Clarendon Press, 1879.\*
- Niermeyer, J. F. *Mediae Latinitatis lexicon minus*. Leiden: E. J. Brill, 1976. ISBN 90-04-04792-1.
- Pražák, J. a kol. *Latinsko-český slovník*. Praha: KLP, 1999. Reprint 16. vydání z r. 1948. ISBN 80-85917-51-3.
- Thesaurus linguae Latinae*. Lipsiae: Teubner, 1936–1966.

---

[85] Carolus du Fresne, sieur Du Cange.

[86] Zmiňovaný portál umožňuje přístup k elektronické verzi slovníku *Orbis Latinus*, který byl v tištěné podobě vydán r. 1909.

# Čítanka snadných textů ze středověké latiny

**Lucie Mazalová**

Vydala Masarykova univerzita v roce 2014

1. vydání, 2014

Sazba elektronické verze [Milan Vilímek Jihlavský](#)

ISBN 978-80-210-6970-1